

Výuková pomůcka k předmětu

LATINA PRO ARCHIVÁŘE 3
pro kombinovanou formu studia

Mgr. Petr Polehla, Ph.D.

Katedra pomocných věd historických a archivnictví FF UHK



FF UHK 2017

STRUKTURA POMŮCKY

Úvod

I. Přehled gramatiky a gramatická cvičení

II. Čítanka z antických reálií

III. Testy

ÚVOD

Cílem výuky je předat posluchačům prohloubené základy latinské gramatiky v návaznosti na předchozí výuku a dovést studenty k pochopení a porozumění latinských textů zejména s historickou tematikou.

Struktura kurzu

- 1.–2. Nepravidelná slovesa „eo, volo, nolo, malo“
- 3.–4. Věty časové
- 5.–6. Semideponentní slovesa a sloveso „fio“
- 7.–8. Věty důvodové a přípustkové
- 9.–12. Četba, překlad a rozbor vybraných textů
13. Opakování, možnost dotazů

Povinná literatura:

Markéta KLOSOVÁ, *Vestibulum*, Praha, 1999.

František NOVOTNÝ, *Základní latinská mluvnice*, 2. vyd., Praha 1992.

Petr POLEHLA, *Latinská čítanka a cvičebnice pro studenty historických oborů*, Hradec Králové 2007.

Doporučená literatura:

Eva BILÍKOVÁ, *Přehled latinské mluvnice sestavený v tabulkách*, Brno, 1991.

Jana MIKULOVÁ, *Základní kurz latiny II*, Brno 2013.

Dirk PANHUIS, *Gramatika latiny*, Praha, 2014.

Jiří PECH, *Latina pro gymnázia I*, 4. vyd., Praha 1998.

Josef Miroslav PRAŽÁK, *Latinsko-český slovník*, 19. vyd. Praha, 1980.

Jana ZACHOVÁ, *Latina pro historiky a archiváře*, 3. přeprac. vyd. Praha, 1994.

PARS I
PŘEHLED GRAMATIKY
A GRAMATICKÁ CVIČENÍ

Cvičení odpovídají gramatice probírané v rámci výuky předmětu Latina 2 dle skript

M. Klosová: VESTIBULUM, Praha 2004 (2. vydání).

U každého oddílu je uvedeno, na jaké gramatické jevy je cvičení především zaměřeno, a které lekci ve zmíněných skriptech odpovídá. Překlady a úkoly zasílají studenti průběžně vyučujícímu dle dohodnutého harmonogramu.

Překlady vybraných cvičení jsou v klíči za oddílem I, aby si mohli studenti sami ověřovat správnost svých řešení.

I. 1. NEPRAVIDELNÁ SLOVESA „EO, VOLO, NOLO, MALO“

(Vestibulum, lekce XXIV a XXVII)

Určete a přeložte:

1. ibam, iens, ibit, iretis, ibunt, ierunt, ierant, iret, ite, eas, ibamus, euntes, periit, transeamus, init, obiens, abite, transeunt, adiit, redeamus, ibunt

2. volui, velle, nolim, volebant, malemus, nolens, nolite, voluisti, malle, nolim, nolunt, nolentem

Přeložte věty

1. Sic transit gloria mundi.
2. Sic itur ad astra.
3. Medio tutissimus ibis.
4. Hieme redeunte aves abeunt
5. Introite!
6. Ibamus domos.
7. Dux maluit perire, quam capi.
8. Noli me tangere.
9. Nolite narare mihi vana.
10. Voluisti mecum loqui.

I. 2. VĚTY ČASOVÉ

(Vestibulum, lekce XXVIII)

Úkoly k textu:

- I. Označte všechny spojky časové a vyhledejte ve slovníku jejich přesný význam
- II. Přeložte věty

1. De te Catilina, cum tacent, clamant.
2. Iam nona hora erat, cum dux signum receptui dedit.
3. Cum potest, tum facit.
4. Hic mane, dum redeo.
5. Cum valemus, recta consilia aegrotis damus.
6. Certa mittimus, dum incerta petimus.
7. Caesar postquam in Treveros venit, Rhenum transire constituit.
8. Simul aliquid audiero, scribam ad te.
9. Cum in urbe ambulas, scelestos cave!
10. Eum vidisti, postquam ex villa discessit.

I. 3 SEMIDEPONENTNÍ SLOVESA A SLOVESO „FIO“

(Vestibulum, lekce XXIX)

Určete a přeložte:

fit, fiat, fiebamus, fite, assuefio, patefacit, fisis sum, diffisi sumus, solitae sunt, fierem, ausi sumus, confidens, calafaciat, patefit

Přeložte

1. Te apud me fuisse gaudeo.
2. Huic servi dominus maxime confidebat.
3. Milites nostri victoriam adepti sunt.
4. Quid fiebat?
5. Multi imperatores Romanorum clari facti sunt.
6. Fiat iustitia!
7. Fieri id potest.
8. Aliis ne feceris, quod tibi fieri non vis.
9. Gavisi sumus maxime.
10. Coniuratio mox patefacta est.
11. Reversi sumus domos.
12. Difissi sumus hostibus nostris.

I. 4. VĚTY DŮVODOVÉ A PŘÍPUSTKOVÉ

(Vestibulum, lekce XXX)

Úkoly k textu:

I. Určete ve větách spojky a vyhledejte jejich význam

II. Přeložte věty

1. Gaudeo, quod venisti.
2. In scholam non venit, quod aegrota est.
3. Gaudebat, quia praemia accipiebat.
4. Discipulus haec nesciebat, quod aegrotus fuerat.
5. Laudo te, quod id fecisti.
6. Castigo te, quia materem non adiuvas.
7. Pecunia amorem dare non potest, quoniam di soli verum amorem dare possunt.
8. Etiamsi non adiuves, haec facere possim.
9. Romani quamquam itinere et aestu fessi erant, tamen obviam hostibus procedunt.
10. Etsi mons Cevenna iter impediabat, tamen ad fines Arvernorum pervenit.
11. Cum in Italia simus, Romam tamen non ibimus.

KLÍČ K VYBRANÝM CVIČENÍM

I. 1. NEPRAVIDELNÁ SLOVESA „EO, VOLO, NOLO, MALO“

1. chodil jsem, jdoucí, půjde, šli byste, půjdou, šli, šel by, běžte, jdi, chodili jsme, jdoucí, zahynul, přejdeme, vchází, odejdete, přechazejí, pčíšel, vraťme se, půjdou

2. chtěl jsem, chtít, ať nechci, chtěli, chtějme raději (dejme přednost), nechtějící, nechtějte, chtěl jsi, raději chtít, ať nechci, nechtějí, nechtějícího

I. 2. VĚTY ČASOVÉ

1. O tobě, Catilino, když mlčí, volají.
2. Už bylo devět hodin, když dal vojevůdce znamení k ústupu.
3. Když může, tak koná.
4. Zůstaň zde, dokud se nevrátím.
5. Když jsme zdraví, dáváme nemocným správné rady.

I. 3 SEMIDEPONENTNÍ SLOVESA A SLOVESO „FIO“

stává se, ať se stane, stali jsme se, buďte, odhaluje, uvěřil jsem, nedůvěřovali jsme, měly ve zvyku, stalbych se, odvážili jsme se, důvěřující, ať zahřívá, otevírá (prozrazuje)

I. 4. VĚTY DŮVODOVÉ A PŘÍPUSTKOVÉ

1. Raduji se, protože jsi přišel.
2. Nechodí do školy, protože je nemocná
3. Radoval se, neboť dostal odměnu.
4. Žák to nevěděl, protože byl nemocný.
5. Chválím tě, protože jsi to udělal.
6. Kárám tě, protože nepomáháš matce.
7. Peníze nemohou dát lásku, neboť pravou lásku mohou dát pouze bohové.

PARS II

ČÍTANKA Z ANTICKÝCH REÁLII



A) SLAVNÉ VÝROKY, ANEKDOTICKÉ PŘÍHODY

1. Thales, interrogatus an facta hominum deos laterent, respondit, ne cogitata quidem.
2. Democritus, cui pater ingentes divitias reliquerat, omne fere patrimonium suum civibus donavit, ne domesticarum rerum cura philosophiae studio avocaretur.
3. Anaxagoras, philosophus, morte filii audita, vultu nihil immutato dixit: Sciebam me mortalem genuisse.
4. Athenienses Socratem damnaverunt, quod novos deos introducere videbatur. Protagoram quoque philosophum qui ausus fuerat scribere, se ignorare, an dii essent, Athenienses ex urbe pepulerunt.
5. Athenienses quondam ab Euripide postulabant, ut ex tragoedia sententiam quandam tolleret. Ille autem in scenam regressus dixit: se fabulas componere solere, ut populum doceret, non ut a populo disceret.
6. Leonidas, rex Lacedaemoniorum, quum Persae dicerentur sagittarum multitudine solem obscuraturi, respondisse fertur: melius itaque in umbra pugnabimus.
7. Themistocles interroganti, utrum Achilles esse mallet, an Homerus, respondit: Tu vero mallesne te in Olympico certamine victorem renunciari, an praeco esse, qui victor nomina proclamat?

B) DVA PŘÍBĚHY Z EZOPOVÝCH BAJEK (KRÁCENO)

Mus et Milvus

Milvus laqueis irretitus musculum exoravit, ut eum corrosis plagis liberaret. Quo facto, milvus liberatus murem arripuit et devoravit. —Haec fabula ostendit quam gratiam mali pro beneficiis reddere soleant.

Venter et Membra

Membra quondam dicebant ventri: nosne te semper ministerio nostro alemus, dum ipse summo otio frueris? Non faciemus. Dum igitur ventri cibum subducunt, corpus debilitatur, et membra sero invidiae suae poenituit.

C) ROMANI IMPERII EXORDIUM

Proca, rex Albanorum, duos filios, Numitorem et Amulium habuit. Numitori, qui natu maior erat, regnum reliquit; sed Amulius, pulso fratre, regnavit, et ut eum sobole privaret, Rheam Sylviam eius filiam Vestae sacerdotem fecit, quae tamen Romulum et Remum uno partu edidit. Quo cognito, Amulius ipsam in vincula coniecit, parvulos alveo impositos abiecit in Tiberim, qui tunc forte ripas erat effusus; sed, relabente flumine, eos aqua in sicco reliquit.

Vastae tum in iis locis solitudines erant. Lupa, ut fama traditum est, ad vagitum accurrit, infantes linguâ lambit, ubera eorum ori admovit, matremque se gessit. Cum lupa saepius ad parvulos veluti ad catulos reverteretur, Faustulus, pastor regius, rem animadvertit, eos tulit in casam et Accae Laurentiae coniugi dedit educandos. Qui adulti inter pastores primo ludicris certaminibus vires auxere, deinde, venando saltus peragrarare coeperunt, tum latrones a rapina pecorum arcere.

Quare iis insidiati sunt latrones, a quibus Remus captus est. Romulus autem vi se defendit. Tunc Faustulus necessitate compulsus indicavit Romulo quis esset eius avus, quae mater. Romulus statim, armatis pastoribus Albam properavit. Interea Remum latrones ad Amulium regem perduxerunt, eum accusantes, quasi Numitoris greges infestare solitus esset; Remus

itaque a rege Numitori ad supplicium traditus est: at Numitor, considerato adolescentis vultu, haud procul erat quin nepotem agnosceret. Nam Remus oris lineamentis erat matri simillimus, aetasque tempori expositionis congruebat.

Dum ea res animum Numitoris anxium teneret, repente Romulus supervenit, fratrem liberavit, et Amulio interfecto, avum Numitorem in regnum restituit. Deinde Romulus et Remus urbem in iisdem locis ubi expositi educatique fuerant condiderunt; sed orta est inter eos contentio uter nomen novae urbi daret, eamque regeret; adhibuere auspicia. Remus prior sex vultures, Romulus postea, sed duodecim, vidit.

Sic Romulus augurio victor Romam vocavit; et ut eam prius legibus quam moenibus muniret, edixit ne quis vallum transiliret. Quod Remus irridens transilivit; eum iratus Romulus interfecit, his increpans verbis: Sic deinceps malo afficiatur quicumque transiliet moenia mea. Ita solus potitus est imperio Romulus.

D) TARQUINIUS SUPERBUS, ROMANORUM REX SEPTIMUS ET ULTIMUS

Tarquinius superbus regnum sceleste occupavit. Tamen bello strenuus hostes domuit. Urbem Gabios in potestatem redegit fraude Sexti filii. Is cum indigne ferret eam urbem a patre expugnari non posse, ad Gabinos se contulit, patris in se saevitiam querens. Benigne a Gabinis exceptus est, et paulatim eorum benevolentiam fictis blanditiis alliciendo, dux belli electus est.

Tum e suis unum ad patrem mittit sciscitatum quidnam se facere vellet. Pater nuncio filii nihil respondit, sed in hortum transiit; ibique inambulans, sequente nuncio, altissima papaverum capita baculo decussit. Nuncius fessus expectando redit Gabios. Sextus, cognito silentio patris simul ac facto, intellexit quid vellet pater. Primores civitatis interemit, patrique urbem sine ulla dimicatione tradidit. Postea Tarquinius superbus Ardeam urbem oppugnavit.

Ibi Tarquinius Collatinus sorore regis natus forte coenabat apud Sextum Tarquinium cum aliis iuvenibus regiis. Incidit de uxoribus mentio: cum unusquisque, suam laudaret, placuit experiri. Itaque equis Romam petunt. Regias nurus in convivio et luxu deprehendant. Pergant inde Collatiam. Lucretiam Collatini uxorem inter ancillas in lanificio inveniunt.

Ea ergo caeteris praestare iudicatur. Paucis interiectis diebus, Sextus Collatiam rediit, et Lucretiae vim attulit. Illa postero die, advocatis patre et coniuge, rem exposuit, et se cultro, quem sub veste texerat, occidit. Conclamant vir paterque, et in exitium regum coniurant. Tarquinio Romam redeunti clausae sunt urbis portae, et exilium indictum.

PARS IV.

Testy

Forma testů odpovídá testům započtovým.

Vypracované testy je možno zaslat ke kontrole vyučujícímu.

Test 1

PŘELOŽTE SLOVNÍ SPOJENÍ:

milites gaudentes

praeterito vere

euntes

pace facta

PŘELOŽTE VĚTY:

Librum, quem apud te videram, emere non volui.

A matre nostra laudati sumus, quoniam in schola bene laboraveramus.

Rege necato regnum in periculo erat.

Imperator milites feminas necare vetabat.

Scio Romanos ab antiquis temporibus statuas deorum coluisse.

Test 2

PŘELOŽTE SLOVNÍ SPOJENÍ:

melior te

capta urbe

fuerant

iussae sunt

PŘELOŽTE VĚTY:

Quamquam iam est periculum depulsum, tamen domos vestros custodite.

Eum iam imperatorem esse sperabam.

Videris mox victum iri.

Caesar legatos ad se reverti iussit.

Audiebamus Gallos pontem a Romanis factum deleturos esse.

Test 3

PŘELOŽTE SLOVNÍ SPOJENÍ:

servi euntes

nolens

fuit

gavisi sumus

PŘELOŽTE VĚTY:

Athenas veni multa aedificia antiquorum Graecorum visum.

Dominus servum iuvenem et bene laborantem laudare volebat.

Videtur parvo numero militum urbs inimicorum deletum iri.

Num quis Ciceroni par fuit eloquentia?

Audiebamus Germanos castris inimicorum deletis Romam profectos esse.

FINIS